



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Prima Duo Sæcula Complectens

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 13322648**

§. 31. Galba, Otto, Vitellius, Imperatores.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)

Sæculum I. tuum; & sub ejus nomine quidam im-  
A. C. 69. postor apparuit. Quibusdam Christia-  
norum creditus est Anti-Christus, sub fi-  
nem mundi redditurus.

## §. XXXI.

*Galba. Otto. Vitellius.*

Galba.

Otto.

Vitellius.

*Tacit. l. I.**hist. Suet.**Xiphil.*

An. 69.

**G**alba Imperator salutatur, septuaginta duorum annorum vir. Septem ve-  
ro non amplius mensum regnum fuit, nam cum avaritia militum odium incur-  
risset, decima quinta Januarii, anno JESU  
Christi sexagesimo nono Romæ interfe-  
ctus est. Ei suffectus Otto, Neronis o-  
lim amicorum intimus, tum Lusitanæ  
Præfectus; attamen eodem ferme tem-  
pore, nimirum tertia Januarii exercitus  
inferioris Germaniæ Ducem suum Vitel-  
lium Imperatorem proclamavit. Venit  
ipse in Italiam, & initio quidem Otto  
æmulum armis arcere tentaverat; at  
paulo post de successu desperans, seipsum  
interimit vigesima prima Aprilis, post-  
quam regnasset tribus mensibus, seu no-  
naginta quinque diebus; triginta, & octo  
annos natus.

*Jos. V. Bell.* Vespasianus, Cæsareæ redux, obsiden-  
e.6. *Tac. hist.* dæ Jerosolymæ exercitum admoveare pa-  
init. rabat; cum de Neronis morte nuntia-  
tum est; quo comperto expeditionem  
distulit. Filium suum Titum ad Galbam  
mittit,

mittit, ejus mandata accepturum; ivit Sæculum I.  
 Titus, sed paulo post Cæsaream ad Pa- A. C. 69.  
 trem redit, nuntium de occiso Galba,  
 quod in Achaja resciverat, afferens. Ves-  
 pasianus Romanum Imperium vacillare  
 cernens, exspectare voluit, qualem domi-  
 faciem fortuna indueret, priusquam con-  
 tra exterros bellum prosequeretur.

## §. XXXII.

*Vespasianus Cæsar.*

Postquam Cæsareæ Ottonis mors, & *Jos. V. Bell.*  
 Vitellii electio innotuit, exercitus *c. 10. ibi. c. 11.*  
 Vespasianum in Romanorum Imperato-  
 rem etiam invitum proclamat, quod cum  
 importunitate victus acceptasset, filium  
 Titum Alexandriam mittit, ut Tiberium  
 Alexandrum Ægypti Præfectum, & duas  
 legiones, quæ ibi erant, in suas partes  
 traheret, quod facile obtinuit; & Tibe-  
 rio jubente, legiones prima Julii ejusdem  
 anni JESU Christi sexagesimi noni Vespa-  
 siano fidem jurarunt. Vespasianus Im-  
 perator omnium primo Berytum profe-  
 ctus, Mutianum Syriæ Præfectum ad se  
 venientem suscepit; tumque Antio-  
 chiam simul veniunt, unde Vespasianus  
 Mutianum, valido cinctum exercitu, in  
 Italiam præmisit.

Dum Vespasianus Antiochiæ com-  
 moratur, conveniente quadam die in  
 Thea-